



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Ranerio Plebano Plebis de Lornano.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20020

396 Epistolarum Innocentij III.

tate apostolica confirmamus. Decernimus ergo ut nulli omnino &c. usque profutura, Salva nimurum per omnia apostolicæ sedis auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica seculariæ persona hanc nostræ constitutionis &c. usque subjecat. Cunctis autem eidem loco sui iura &c. usque inveniant. Amen. Datum Laterani per magnum Iohannis sanctæ Mariæ in Coimbridin Diaconi Cardinalis S.R.E. Cancellarij, III. Non. Februarij, Indictione tertiadecima, incarnationis dominice anno millesimo ducentesimo nono, pontificatus vero Domini Innocentij Papæ IIII. anno duodecimo.

*RANERIO PLEBANO PLEBIS
de Lornano.*

Epiſt. 119.
Supliciūt sub
protectione ſe-
dis apostolica.

Cum à nobis petitur quod justum est & honestum, tam vigor æquitatis quam ordo exigit rationis ut id per sollicitudinem officij nostri ad debitum perducatur effectum. Eapropter, dilecte in Domino fili, tuis justis postulationibus grato concurrentes assensu, personam tuam cum omnibus bonis quæ in praesentiarum rationabiliter possides, aut in futurum justis modis præstante Domino poteris adipisci, sub beati Petri & nostra protectione fulcimur. Specialiter autem concessionem parochiaæ ac decimarum tibi pia liberalitate à venerabili fratre nostro Bono Senensi Episcopo factam, sicut piè ac provide facta est, & in ipsius authentico plenius continetur, ac tu ea justè possides & quietè, tibi & per te plebi tuae auctoritate apostolica confirmamus & præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo &c. hanc paginam nostræ protectionis & confirmationis infringere vel ei &c. usque incursum, Datum Laterani IIII. Kalend. Februarij, pontificatus nostri anno duodecimo.

E I D E M .

Epiſt. 160.
Super codem.

Cum à nobis petitur &c. usque effec tum. Eapropter, dilecte in Domino fili, tuis precibus inclinati, personam tuam &c. usque. Specialiter autem Ecclesiam sanctæ Mariæ de Porghian cum pertinentiis suis, sicut eam justè possides & quietè, auctoritate tibi apostolica confirmamus & præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostræ protectionis & confirmationis infringere vel ei &c. usque incursum. Datum Laterani IV. Kalend. Februarij, anno duodecimo.

*PRESBYTERO DIETAIIVVA
Relatori Ecclesiae sancti Pauli.*

Cum à nobis petitur &c. usque effec tum. Eapropter, dilecte in Domino fili, tuis justis postulationibus grato concurrentes assensu, personam tuam cum omnibus bonis quæ in praesentiarum &c. usque suscipimus. Specialiter autem concessionem Ecclesiae sancti Pauli tibi pia liberalitate à venerabili fratre nostro Bono Senensi Episcopo factam, sicut piè ac provide facta est, & in ipsius authentico plenius continetur, ac tu eam justè obtines & quietè, tibi auctoritate apostolica confirmamus & præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo &c. hanc paginam nostræ protectionis & confirmationis infringere vel ei &c. usque incursum. Datum ut in alia.

*S P I N E L L O R E C T O R I
Ecclesiae sancti Georgij Senensis.*

Cum à nobis petitur &c. usque effec tum. Eapropter, dilecte in Domino fili, tuis justis postulationibus gratum impertinentes assensum, diffinitivam sententiam quam venerabilis frater noster Bonus Episcopus Senensis pro Ecclesia sancti Nicolai de Maiano contra populum ipsius Ecclesiae super parochiali jure ac aliis controversiis exigente justitia promulgavit, sicut est justa nec legitima provocatio suspensa, & in instrumento publico confecto exinde plenius continetur, auctoritate apostolica confirmamus & præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo &c. hanc paginam nostræ confirmationis infringere vel ei &c. usque incursum, Datum Laterani IIII. Non. Februarij. &c.

E I D E M .

Cum à nobis petitur &c. usque tuis justis postulationibus gratum imperientes assensum, diffinitivam sententiam quam venerabilis frater noster Bonus Senensis Episcopus pro Ecclesia sancti Georgij Senensis contra Ecclesiam sancti Angeli de Monton super quibusdam domibus, sepulturis, & rebus alias exigente justitia promulgavit, sicut est justa nec legitima provocatio suspensa, & in instrumento confecto exinde plenius continetur, auctoritate apostolica confirmamus & præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo &c. hanc paginam nostræ confirmationis &c. usque incursum. Datum La-